

expressè habetur Exodi 22. si quis seduxerit virginem nondum desponsatam daturque ei cum ea. dotabit eam. habebitque eam uxorem. & Deuter. c. 22. si inveniit vir puellam virginem. & apprehenderit eam concubavit cum ea. & res ad iudicium venerit. habeat eam uxorem. nec potest eam dimittere cunctis diebus vite sue: ergo metus iuste illatus à iudice ad extorquendum matrim. non irritat illud. Et ratio est. quia talis metus his casibus non est cadens in constantem virum. ut bene Branc. advertit d. 16. ar. 129. quia vir constans. & prudens tenetur secundum rectam rationem operari. & fugere. quod secundum eam est sibi maius inconveniens. sed maius inconveniens est. non exequi. quod lex iusta precipit in hoc casu stupri. quam aliud malum. quod ex matrimonio contracto sequitur. incurere; ergo si hoc eligat. ut illud fugiat. metus non irritat. quia tenetur sic facere; eadè ratione potest etiam quis cogi ad ducendam virginem in uxorem. cum qua sponsalia contracti. Accedit. quod ut supra dicebamus d. 12. ar. 122. metus in his casibus potius videtur esse ab intrinseco. quam ab extrinseco incussus. quia infamè reus facti per consensum voluntarium seipsum ligavit ordinatione legis. cui est obnoxius. & causa metus ab intrinseco eo iur. nempe ex pacto. in quod consensit. & quod ex lege talem ordinationem exprimit. unde ipsimet iustam causam dedit iustis metus incutiendi. quia etiam ratione dicebamus art. pract. n. 133. quod iusta coactio abque injuria facit contrahentem consentire. ut in ipse alioquin tenebatur. unde moraliter loquendo ita se habet coactio iudicis in his casibus. ac si prorsus non esset. ideoque nullo modo prejudicat libertati matrimonii. etiam si sit de jure naturali. & divino ex qua doctrina patet. adductam instantiam non urgere.

141 Et hoc etiam fateatur Hiquus ipse. dum inquit. quod licet directè. & per se non possit lex aliqua humana obligare ad matrimonium per coactionem; tamen per accidens. & ex alia circumstantia potest quis cogi ad matrimonium per legem indirectè. quia potest compellere ad implendam promissionem. & contractum in itum libere per sponsalia directè. & potest inferentem injuriam cogere ad elebim satisfactorem. ut si virginem dehoravit. ad eam ducendam. vel dotandam. si per vim. aut dolum eam seduxit. & simpliciter ad ducendam illam. quam violavit per vim. quia in his casibus illa restituitur injuriam passæ non est congrua. nisi ducatur. & jura decernentia coactionem inferendam non respiciunt directè libertatem matrimonii. sed culpam per se adjunctam violentis contractu. aut inferentis injuriam. & voluntatem ejus. & huic oneri se subiecit libere. vel per contractum sponsalium. vel inducendo dandum. quod relaxari debet per condignam restitutionem. & sic lex respicit directè medium iustitiae servandæ. indirectè verò. & per accidens matrimonium. ut in eo consistit æqualitas reddenda parti læsæ. Ita dicitur Hiquus loco citato. quod discussa ipse quoque. fateatur. posse aliquam à iudice induci ad contrahendum sub comminatione gravis poenæ. saltem per accidens. & indirectè. & contractus adhuc erit validus. adeoque in re ipse quoque nobiscum convenit. & solum differt in modo loquendi.

142 Advertit tamen Brancatus loco citato. metum etiam iuste illatum à persona privata ad extorquendum matrim. irritare illud. unde si Pater. tutor. vel alius inveniens sanguinem cum aliquo rem habentem mortis mutilationis. vel alterius malis gravibus timore incuteret. si eam non duceret. ait tale matrimonium ex tali metu contractu. quavis iuste incusso. esse nullum. & irritum. quia à persona privata incutitur. quod probat ex cap. Veniens. ubi supponitur. matrimonium contractum cum filia cuiusdam. qui juvenem cum ea reperit. esse nullum. quia eos cogit contrahere. & tamen tunc metus fuit iuste incussus. quia ob iustam causam injuria illata. & ita etiam tenent Glossam illud caput. Covar. Sorus. & quidam alii. Fateor ego quoque. matrimonium ex tali metu contractum esse nullum. & invalidum. sed falsum esse metum huiusmodi esse iuste incussum. quia in tali aggressionem intervenit alia injuria. & iniustitia. scilicet contra vitam proximi. nam timor mortis in eo casu est gravis. & iniustus. & ei illatus juris ordine non servato. & talis fuit metus. ex quo contraxit juvenis ille. cuius fit mentio in dicto cap. Veniens. ideoque tale matrimonium ex eo metu contractum supponit ibi fuisse irritum. & nullum; Quod si quis invenitur cum filia à Patre. vel fratre. aut tutore cum ea coactus contrahi ex metu accusationis incusso. valide contrahit. quia talis metus esseri debet iuste illatus. & quamvis incutiatur à persona privata auctoritate non habente. incurrit tamen juris ordine servato. comminatio accusationem ad Superiorem. & quod fit ex metu iusto. sive à persona privata illato. sive à iudice. non tam dicitur fieri ab extrinseco. quam ab ipso. qui cogitur. cum ipse dederit causam. ut sibi licite. & iuste coactio possit inferri. & plane negari non potest. quod si mulier vim passam minaret inferentem accusare. nisi eam duceret. valide contraheret. Nec valet dicere. talem habere quidem jus. ut alterum accuset. non autem ut privata auctoritate cogat alium contrahere; Quia etiam privata auctoritate possumus ad multa alios cogere. ut patet in eo. qui nolendo reddere pignus. cogit alterum sibi solvere. & ita sentiunt Coninch. disp. 28. dub. 1. num. 15. Hurtadus disp. 6. diffin. 3. qui alios plures citant.

143 Quoad alteram quaestio partem querunt Doctores. an Matrimonium metu coactum juramento. aut sequenti consensu. vel copula validari possit; & quidem est communis opinio. matrimonium metu gravi extortum. licet juramento firmetur. irritum esse. & expressè habetur in iure cap. 2. De eo qui duxit in irrim. ubi declaratur. non fuisse validum matrimonium quoddam contractum. & juramento firmatum. & ratio etiam id suadet. quia ipse. quod Ecclesia irritum declaravit matrimonium metu contractum. supponit etiam. declarasse irritum tale matrimonium etiam juramento firmatum. quia nempe semper consensus est coactus. & juramentum ipsum esse coactum. ac vi extortum: Tum quia si tale juramentum validum redderet matrimonium. vanum esset remedium ab Ecclesia statutum declarando. & decernendo. tale matrimonium irritum esse. qui enim compellit ad matrimonium. potest etiam ad juramentum compellere. & ita mens Ecclesia delusa remaneret. ita Sanchez. Tancred. Hurtadus. Ponce. Corduba. Averfa. Caspenis. Stephanus à S. Gregorio. qui alios citant.

Dices. saltem juramentum in tali contractu adhibitu habere vim obligandi. ut postea qui juravit. debeat remoto metu ratificare. seu de novo valide contrahere. quia nimirum sic qui à Latrone vi. & metu coactus promittit. ac juravit dare certam pecuniam summam. manet obligatus in conscientia: Et qui in contractu usurario juravit solvere usuras. licet contractus sit nullus. tamen ratioe juramenti tenetur solvere.

144 Resp. quod quamvis aliqui Jurista. & Summistæ id concedant apud Averfam q. 4. sect. 6. quia tamen fatentur. posse peti relaxationem tali juramenti. postquam ab Episcopo concedi. & sic obligationem cessare. dicendum tamen est. neque tale juramentum inducere obligationem ratificandi. seu iterum contrahendi tale matrimonium. ut reddatur validum. nec alia relaxatio indigere. ut ejus obligatio solvatur; & ita docent Theologi jam citati. dicentes. quod si juramentum apponitur matrimonio contracto per verba de presenti. verbi gratia. juror. me te ducere. juramentum esse nullum. sicut ipsum matrimonium. nec ulla relaxatione indigere; Et si etiam contrahatur matrimonium per verba de futuro. & addatur juramentum de non contrahendo tali matrimonio. tunc nisi postea addit novus consensus spontaneus. dicitur etiam. matrimonium fore similiter nullum. nec aliqua indigere juramenti relaxatione; hoc enim perinde est. ac si tunc nullo modo contraheret matrimonium de presenti. sed solum per modum sponsalium quis promitteret. & juraret. se talem ducere in futurum. & in hoc etiam promissum. & juramentum. cum supponatur gravi metu extortum. ipso facto nullum est. & ad nihil obligare videtur sicut absolute sponsalia tali metu contracta sunt simpliciter ipso facto nulla. ut suo loco dicemus; Et hoc quidem facit rationabile videtur. dum enim Ecclesia statuit. ut matrimonium metu gravi contractum sit ipso ipso facto irritum. consequens etiam erit. atque conveniens. ut si juramentum quoque extorqueretur cum promissione ratificandi. vel iterum contrahendi tale matrimonium. hoc etiam juramentum esset ipso facto nullum. & ad nihil obligare. nullaque proinde relaxatione indigeret. Ad exempla autem adducta promissionis juratae de solvendis usuris. & pecunia Latroni danda. vel etiam talia juramenta sunt irrita. & ad nihil obligant promittentem; vel quicquid sit de hoc. specialis efferatio. ac juris dispositio de matrimonio. seu sponsalibus. ut promissio jurata de ratificando. seu contrahendo matrimonio sit ipso facto invalida. dum est metu extorta: nam juramentum forsit naturam contractus. vel actus. cui apponitur. & cum contractus matrimonii debeat esse omnino liber. tale etiam supponitur esse debere juramentum. et appositum; Cumque matrimonium non valet. nisi plena libertate contrahatur ex speciali ejus institutione. in hoc ipso quadam apparet repugnantia. ut quis metu jurare cogatur. se ex plena libertate contrahatur matrimonium. & tali juramento obligatus maneat reipsa contrahere. Et hac est mens expressè Doctoris d. 29. cit. ab initio quaestionis. ubi ait. quod matrimonium contractum per metum non tenet. nec obligatus est. qui hoc facit. & si jurat. quam materiam late prosequitur. & declarat Brancatus nother disp. 19. ar. 7.

145 Deinde conveniunt Doctores. matrimonium metu contractum posse validari per novum consensum spontaneum postea prestitum. sed non conveniunt in modo declarandi. Quamplures dicunt. ad faciendum validum matrimonium. quod re vera est invalidum defectu consensus interni. vel ratione gravis metus. sufficere si consensus de novo presertat ab eo. qui consenserat sicte. aut per metum gravem. presertat adhuc altero conjuge in suo priori consensu; Et ratio est. quia ex parte alterius Sponsi adfuit omnia requisita ad contrahendum matrimonium. & deest tantummodo consensus ejus. qui sicte. vel cum metu consensit; ergo accedente novo consensu ex parte istius validum fit matrimonium. tunc enim adfuit consensus. quod matrimonium persisteret. & nihil aliud deest; ita Navarrus. Rodriguez. Heringuez. Coninchus. Sanchez. Averfa. Bonaccia. & alii. quorum alii addunt. non esse necessarium in hoc casu aliquo signo externo exprimeret consensum. qui de novo praestatur. sed sufficere consensum internum; nec etiam opus

opus esse aliquid dicere alteri coniugi. qui verè consensit. nam ex parte ipsius non re. vitur novus consensus.

146 Sed sicut hunc dicendi modum non approbavimus in superioribus q. 3. ar. 1. num. 86. & 87. dum explicavimus. quomodo renovandus sit matrimonii contractus nullus ex defectu veri consensus ita nec in presenti casu approbamus. cum utrobique eadem ratio militet; & dicimus. in utroque casu necessarium esse iterati consensum utriusque coniugis. & necessarium esse. ut exterior quoque renovetur. quia expressio exterior antiqua exhibita ab eo. qui sicte consensit. vel ex metu gravi. non est expressio sufficiens consensus postea elicit; & tandem in utroque casu utrumque coniugem consensum debere fieri de nullitate Matrimonii. quia alter coniux talis nullitatis ignatus alio modo non potest sufficienter consentire ad revalidandum matrimonium nullum. quæ omnia ibi late probata sunt. & iterum probantur; quia ubi nequit dari sacramentum. nequit etiam dari Matrimonium. nam in lege Evangelica nequit dari Matrimonium sine sacramento; sed in hoc casu si alter tantum interne consentiat abique exteriori expressione. non potest dari sacramentum. quia foris huius sacramenti est consensus utriusque; mutus ergo exteriori expressus. & huiusmodi consensus debent esse simul saltem simul tate morali; Nec respondere valet consensus illius. qui verè. & legitime consensit. perseverare habitualiter; ideo accedente novo consensu illius. qui ex metu consensit. fieri noviter contractum. & sacramentum matrim. quia hæc evasio ibi sufficienter præclusa est. ergo etiam in hoc casu renovandus est consensus utriusque. & exterior manifestandus. ut verum sacramentum habeatur. & hunc dicendi modum sequitur etiam ex nostris Branc. disp. 19. art. 4. n. 177. ubi probabilissimè existimat. ut manifestetur novus consensus ab eo. qui ex metu ab initio contraxit ad hoc. ut sacramentum matrimonii habeatur. imò & exigatur ab altero coniuge. ut verè mutus sit; & hoc etiam expressè defendit Hurtadus disp. 3. diffin. 9. pro quo dicendi modo plures alios adducit iam à nobis relatoe loc. cit. ubi etiam rationi Adversariorum satisfactum est. negando adesse habituale perseverantiam illius. qui verè. & legitime consensit. quia enim credit. contractum iam esse perfectum desistit ab eo consensu. sui intentionis. & voluntate contrahendi. & absolute putat. non amplius habere sui corporis dominium; atque ideo neque potestatem illud amplius tradendi; quare ut de novo contractus Matrim. revalidetur. & præstet in ratione sacramenti. necessarium est. utrumque iterum de novo consentire. ac proinde etiam. quod uterque de novo exteriori consensum exprimat. quia nullus ipsorum casu expressioe novum expressit consensum. In quo etiam casu. quoniam alter coniux iniuriam passus per metum iniustum consentit. ac proinde nullum est matrimonium ex parte utriusque dicunt communiter Doctores. posse esse. qui spontè. & abque vi consentit matrimonio restitit. antequam ille qui iniustus contractus per novum consensum renovet pristinum matrimonium.

147 Hoc etiam tanto magis dicendum est. quando matrimonium fuit in validum defectu consensus utriusque contrahentis. vel propter metum utriusque. incussum. tunc enim etiam Adversarii ipsi concedunt. non sufficere. ut consensus internus ab utroque presertat. sed ulterius etiam requiritur aliquo signo externo manifestetur. ut Bonaccia testatur q. 2. num. 109. 1. & rationem adducit. quia matrimonium invalidè celebratum defectu consensus utriusque. contrahentis fuit omnino irritum. ac si non fuisset celebratum. ergo de novo est celebrandum. ac si tunc celebratum non fuisset; sed si antea non fuisset celebratum. necessarius esset mutus consensus utriusque. contrahentis signo expressus. ergo ad validandum matrimonium invalidum defectu consensus utriusque. contrahentis necessarius est mutus consensus utriusque. signo externo expressus; quæ ratio optima est. sed idem probare videtur. etiam quando tantum ex parte unius defuit verus. & legitimus consensus. quia etiam in tali casu matrimonium ab initio contractum fuit omnino irritum ac si non fuisset celebratum. quia ad verum matrimonium requiritur mutus utriusque coniugis consensus. nec sufficit. unum illorum verè. & legitime consensisse. Præterea in his casibus non oportet coram Parochio. & testibus repetere consensum contrahentis. quando defectus ex parte unius. vel etiam utriusque fuerit occultus. ut diximus l. c. g. 3. art. 1. in fine. dum modo prius matrimonium quamvis nullum. fuerit coram Parochio. & testibus semel celebratum. at si violenta illata alicui notoria fuisset. & in foro externo plenè probari posset. tunc sane de novo opus esset cum tota ea solemnitate renovare contractum cum presentia Parochi. & testium præsertim ubi viget Concil. Trident. observantia. quod quidem universim tenet. quia quandoque matrimonium ab initio irritum. & nullum ob aliquod impedimentum debeat tali impedimento sublato convalidari. si enim fuit occultum. talis solemnitas non est necessaria. si autem est notorium. ita potest in foro externo probari. necessarium est adhibenda. & repetenda.

148 Denique loquendo de copula carnali conveniunt Doctores matrimonium metu gravi contractum. & simul eodem metu consummatum nullum esse. & neutriusque ratificari per copulam consummatam. et docent Sanchez. Ponce. Hurtadus. Caspenis. & alii com-

muniter. qui etiam conveniunt. convalidari per sequentem copulam effectum conjugali spontè habitam. id est animo se habendi perpetuò in coniuges. non autem animo fornicario explendi scilicet tunc siam libidinem absque intentione perpetui coniugii. & hoc expressè habetur in Cap. Is quis de fide de Sponsalibus. & suadet ipsa ratio. quia hæc est expressa renovatio consensus conjugalis. non metu. sed spontè facta; ad verum tamen Hurtadus d. 6. diffin. 6. Aver. q. 3. sect. 6. Branc. nother d. 19. ar. 1. præd. ita matrimonium revalidari per subsequentem copulam conjugalem spontè habitam. non quo. ad veritatem. & reipsa in foro conscientie. sed tantum in foro exteriori. & quoad præsumptionem. ut scilicet præstatur consensus. quia quoad forum internum statim ac habeat quis debitum consensum convaleret matrimonium. sicut è contra si post longissimam cohabitationem. ac etiam copulam subsecutam cum altero coniuge. adhuc non habeat talem consensum nunquam matrimonium in foro conscientie convaleret. Itaque Ecclesia c. 1. & cap. Ad id habet pro valido matrimonium factum ex metu. dum modo copula succedat voluntaria. quia præsumit. quod metum passus nolit fornicarie copulari. sed habeat novum consensum per copulam expressum; quia copula maritalis gerit vicem externæ expressionis. Quia tamen copula simplex non est signum sufficientis extetis. seu expressio exterior maritalis consensus. sed tantum plium & prudens iudicium expressionis antea factæ. ut ait Hurtadus l. c. & corius non facit Matrim. fed voluntas ex cap. B. M. & cap. Coniuges Doctores aliqui dicunt. in præfato casu copule metum passum debere manifestare novum consensum coniugi. vel ante copulam. vel in ea. quod si ita fiat tunc per eam consensum expressionem proprie loquendo validatur matrim. antea nullum. & per copulam quodammodo confirmatur. tanquam per plium. & prudens iudicium expressionis antea factæ. & in hoc sensu dicit Ecclesia. Matrimonium metu contractum per copulam consummatam affectu materiali habitam validari; Et hoc etiam mihi magis placet. quia cum renovari nequeat. & ratificari Matrim. antea nullum. nisi fiat sacramentum; magis pium est dicere. quod sacram. fiat per expressionem consensus. factam ante copulam. vel in ea. quam per actum ipsius carnalis concubitus. quia ut supra inculcant. consensus non facit matrimonium. sed voluntas.

QUÆSTIO QUINTA.

De qualitate Matrimonii sub conditione contracti.

149 S Vpponendum est. in quolibet contractu posse aliquem suū præstare consensum dubitè. absolute scilicet. vel conditionate; tunc absolute præstatur. quando datur absque ulla conditione. vel limitatione; tunc vero conditionate. quando datur dependenter à conditione. à cuius exsistentia valor contractus. aut dispositionis dependet. quia fit dependens ab illa. & exprimitur particula si. vel dummodo. ut quando dicitur. Tu tibi equum. si Pater meus consenserit. vel dummodo Pater meus consenserit; Rursus supponendum est. conditiones. quæ contractu matrimonii apponi possunt. & cuiusque aliud plures esse generis. quædam enim dicuntur necessarie contractui. & ipsi quasi intrinsecæ. sine quibus contractus valide fieri nequit. & sunt ille. quæ licet non apponerentur. adhuc subintelleguntur. v. g. Do tibi equum. si est meus. & in matrimonio contracto tecum. si es femina. vel mas; Alia vero sunt conditiones non necessariae contractui. & ei quasi extrinsecæ. sine quibus contractus potest valè fieri. & illæ possunt esse. alia de presenti. alia de præterito. & alia de futuro; Hæc autem de futuro alia est impossibilis. quædam vero possibilis. & hæc rursus duplex alia necessaria. quæ scilicet necessario evenit. & non potest non evenire. alia contingens. quæ potest evenire. vel non evenire; Et hæc rursus alia est certis. & inhonestis. alia honestis. & licitis; Et tandem ex turpibus. & aliis sunt contra intrinsecam matrimonii substantiam. vel aliquam eius inseparabilem proprietatem. alia vero non. & de omnibus his est difficultas. an matrimonium invalident.

ARTICULUS PRIMUS.

Quenam conditiones matrimonium invalident. & que non.

150 P Rimo Dicendum. matrimonium contractum sub conditione de presenti. aut præterito statim absolute valere. aut esse omnino nullum. valere quidem absolute si conditio existat & esse omnino nullum. si non existat. unde si conditio apposta à contrahente est de præterito. aut de presenti. si non sit licita. aut contra substantiam. vel proprietatem aliquam inseparabilem matrimonii. quæcumque illa sit consensus sub ea conditione valet. & est ratum matrimonium. si verè. & realiter extitit. vel existit conditio invalidus autem est consensus. & matrimonium irritum si verè. & realiter conditio non extitit. nec existit; ut verbi gratia si contrahens dicat. contrahe tecum. si Pater tuus vult. tunc si Pater vult. matrimonium statim est ratum. si verò Pater non vult. matrimonium est nullum. Hæc est communis Doctorum sententia. ut testatur Sanchez. Tancredus. Hurtadus. Caspenis. Branc. ex nostris. & alii passim;

passim; Et ratio est evidens, nam qui sub ea conditione consentit, solum se obligare intendit, supposita talis conditionis veritate; ergo si detur, statim obligatus manet, secus si non detur; consequentia patet, quia totus matrimonii valor, & obligatio ex sola contrahentis voluntate oritur, & consequenter si se obligare non intendit, nisi tali conditione supposita, & existente, utique obligatus non manebit, si illa non existat; ipsa vero existente statim obligatus manet, quia nihil aliud in tali casu ad verum Matrimonium desideratur.

151 Est tamen difficultas an etiam sit necessaria notitia existentia, seu impletio talis conditionis. Afirmat Coninchius *dis. 29. dub. 1.* ubi ait, matrimonium factum sub conditione, quamvis de presenti, & praterito, non valere, etiam si conditio existat, & impleta sit, sed suspendi usque ad notitiam saltem probabilem existentia; conditionis appositae habitam a contrahentibus. Probabilius tamen puto cum Sanchez *lib. 5. dis. 7.* & Hurtado *dis. 7. dis. 2.* talem notitiam necessarium non esse, sed ad valorem, & substantiam matrimonii satis esse, si conditio re ipsa existat, quamvis qui consentit cum tali conditione notitiam eius existentiam non habeat, & ratio est, quia ille qui consentit, non intendebat ad se obligandum notitiam existentiae talis conditionis, quando consentit, sed nudam eius existentiam, unde si Petrus v.g. dedit consentum contrahendi cum Maria sub conditione quod sit nobilis, & filia Equitis, contraxit, & consentit sub conditione existentie tunc significata per eam conditionem nempe nobilitatis, & non sub conditione notitiae nobilitatis, & suum consentum alligavit existentiae nobilitatis, & non notitiae illius; ut patet ex verbis, quibus tale matrimonium fuit contractum, nempe, duco te in uxorem, si es nobilis; ergo non suspenditur matrimonium usque ad notitiam existentiae conditionis, sed statim valet, & eo ipso, quod conditio subsistit, & sic etiam sentit Caspensis *dis. 6. sess. 1.* & Branc. nositer *dis. 20. art. 2. n. 33.*

Dices, solum sacramentum non fuit conditionatum, neque intentio minister, sed fuit determinata, ergo &c. Resp. quod licet non sint conditionatae, nec soleant sub conditione proferi, si tamen profertur cum conditione, eorum substantiam non destruent, adhuc sunt valide, quia non ob id suspenditur eorum effectus; unde si Minister baptismi formam eius cum hac conditione profertur *Si es homo, te baptizo, &c.* adhuc baptismus est validus, cum talis conditio eius effectum non suspendat.

152 Secundo Dicendum est, matrimonium factum sub conditione necessaria de futuro v.g. *si solorietur cras*, statim ac fit ante eventum conditionis absolute valet, & perficitur non solum in foro interno, sed etiam externo, dummodo talis conditio cognoscatur a contrahentibus; ut necessaria, & non habuerint intentionem suspendendi consentum usque ad conditionis eventum. Ita etiam Doctores communiter Sanh. Henric. Rebell. Tancred. Coninc. Ponce, Bec. Aver. Caspensis, Hurtado, Bonac. & alii passim. Ratio est, quia cum talis conditio necessaria eventura sit, & iam certo sit vel existat in suis naturalibus, putandum non est, personam prudentem velle consentium suspendere, donec impleatur conditio, talis de eius eventu incertus esset; Et quamvis verba dicte conditionis in rigore significetur dependentia consentus ab eventu postea futuro, & posset sic a contrahentibus intendi, tamen id non intenditur regulariter, & iuxta communem sensum, & intentionem contrahentium, quia cum eventus illius sit necessario in suis casibus naturalibus contentus, & ut talis cognoscatur; ita est certus, ut eam conditionem apponentes non tam ad consentum suspendendum apponant quam ad significandam certitudinem consentus praesentis absolute, quasi dicere velint, sicut certum est, Solem cras orturum, ita te firmiter accipio, & in uxorem duco, atque; ideo eo ipso est validum absolute, & firmum tale matrimonium. Et idem existimandum esse, dicunt praefati Doctores de conditione de futuro contingenti infallibili, seu certo futura cognita; ut v.g. *Antichristus veniet*, quia contrahentibus non minus constare supponitur, ut in tali casu conditionem hanc certo futuram, seu existuram, quam conditionem necessariam; si tamen matrimonio apponeretur hac conditio. Si Antichristus venerit intra decem annos, verum illud suspenderet usque ad tempus additum, quia ratione temporis superadditi adventui Antichristi conditio non est certa.

153 Secus tamen dicendum est, quando conditiones necessariae & infallibiles non cognoscuntur, ut tales a contrahentibus, & earum eventus a firmaretur incertus, tunc enim matrimonium sub qualibet earum celebratum non valet absolute usque ad eam eventum, quia tunc apponerentur ad suspendendum consentum usque ad eam eventum. Et idem dicendum, quando uterque contrahens vel alter eorum suum consentum suspendere intendit usque ad conditionis eventum, tunc enim matrimonium sub necessaria conditione celebratum non est validum de presenti, cum non ad sit mutus consensus de presenti; & ita etiam dicitur Branc. nositer *dis. 20. cit. art. 2. n. 2.* quoniam autem, & qualis sit contrahentium intentio, ex verbis ipsorum attendi debet, alique circumstantiis, & quando aliud non constet, vel appareat, censendum potius erit illud simpliciter, & absolute voluisse pro tunc contrahere iuxta priorum sensum iam explicatum, & pro tunc vere perficisse contractum, ut notavit Averfa *quest. 5. sess. 3.* ubi hac de causa inquit, per-

mittendum non esse, ut contrahentes huiusmodi conditiones apponant, ingerendo hanc perplexitatem, sed curandum esse, ut clare se explicent.

154 Dicendum est, quando contrahentes ita serio apponant conditionem impossibilem, ut contrahere non intendant, nisi dependent ab eius subsistentia, ut si dicatur, Contraho tecum, si Celum digito tegeris, illud matrimonium in foro conscientiae invalidum esse. Ita Doctores omnes supra citati, & probatur, quia talis conditionis adiectio est indubitatum signum diffensus, nam qui se vult obligare nisi sub conditione impossibili, & cognita ut tali simpliciter non se obligat, nec habet intentionem se obligandi, cum impossibile non sit obligatio. Conf. quia qui non consentit nisi sub conditione impossibilitate vera non consentit, ut habetur in *L. Non solum si de action. Et obligatio*, deficiente autem consensu matrimonium subsistere nequit. Tandem alii contractus facti cum conditione impossibili sunt nulli ipso facto *L. Impossibilis, de Verborum obligat.* ergo idem quod dicendum in matrimonio, consequentia patet, quia ideo contractus ex consensu si conditio inchoata inchoat invalidus est, quia conditio, quam consensus involvit, & qua totaliter pendet, nec existit, nec existeret potest, sed neque stare potest conditio matrimonii, si contractus, quando quidem in possibili est, ergo neque contractus matrimonii stare potest.

155 Sed difficultas est, quomodo stante hac veritate, & communi sententia de invaliditate matrimonii sub conditione impossibili contracti in foro conscientiae, poterit Gregorius Novus cap. finali de conditionibus oppositis latere, conditionem impossibilem matrimonio adiectam habendam esse pro non adiecta, quia ea reiecta, seu habita pro non adiecta, matrimonium manet validum aut verum, & re ipsa, quod Pontifex effecit nequit abque consensu contrahentium, qui vere deficiit, quando sub conditione impossibili contrahitur; aut manet validum quoad praesumpti onem, quod neque videtur posse Pontificem praesumere, ubi appositio conditionis impossibilis est signum adeo manifestum diffensus; ideo enim alii contractus sub conditione impossibili eo ipso in iure nulli censentur, quia adeo evidens praesumptio, imo certum signum diffensus, cum enim aliquid negandum est alicuius, dicitur, dabo si mundum creabis, si Celum digito tegeris, &c.

Varia dicitur de re explicationes adducit Sanchez *lib. 5. dis. 3.* & sex praefertim refert Averfa *quest. 5. sess. 4.* communior tamen, & frequentior explicatio est, ut videtur potest apud Coninc. Hurtado Caspensem, & alios, decretum Pontificis intelligendum esse quoad forum exterius, & praesumptionem, quia Ecclesia, quando oppositum non constat, praesumit, conditionem impossibilem non fuisse serio appositam, sed iocose, ac proinde matrimonium fuisse validum; nec ideo abque ratione praesumit, quia quando oppositum non constat, praesumit, contrahentes in re adeo gravi noluisse negari, & suum actum irritum reddere, unde quando aliunde non constat contrahentes serio apposuisse conditionem impossibilem, talis conditio reiectur ab Ecclesia, & habetur pro non adiecta, & cognuntur ab ea procedere, ut coniuges, in quo casu ipsi, ut licet procedant, tenentur vere contrahere, si dubium est, an conditio impossibilis fuerit serio appositae, nec ut secuti sint in foro conscientiae, & sic etiam sentit Branc. nositer decretalem Pontificis esse salvanda *dis. 20. cit. art. 2. n. 5.*

156 Verum quamvis hic sit communior dicendi modus, & magis recepta illius decretalis explicatio, difficultatem tamen propositam exacte non solvit, quia non declarat, quomodo poterit Pontifex de validitate talis matrimonii praesumere, ubi appositio conditionis impossibilis est signum adeo manifestum diffensus; nam regulariter, cum aliquid alicui concedere nolumus, solemus apponere conditionem aliquam impossibilem; quare Ecclesia ex tali conditione opposita debet potius oppositum praesumere, quod scilicet verus consensus non ad sit in tali contractu; nam per verba intentionem experimenta non potest aliquid praesumi, nisi quod ipsa verba sonant; sed in tali casu verba ex communi modo loquendo potius diffensum indicant, quam consentum, ergo nullam est fundamentum, vel motum praesumendi, quod contrahens in eo casu oppositam habeat intentionem illi, quam extra ostendit. Quare magis mihi placet explicatio Paludani *4. dis. 49. q. 2. art. 5.* ubi exponendo illam decretalem inquit, Pontifex mihi nequaquam dicere voluisse, valet de facto statim illud matrimonium, sed solum teneri illum, qui eam conditionem appositum, deinde vere contrahere, & in hoc sensu conditionem impossibilem haberi pro non adiecta, id est non excusare illum, quominus debeat vere contrahere, ita ut saltem ille prior contractus habeat vim promissionis, & sic secuti debent in foro externo, in quo cogendus sit vere contrahere, sicut in aliis sponsalibus, idque fecit in favorem matrimonii ad tollendos abusum, & illusiones, quia Ecclesia vult, & intendit, ut vere, & pure matrimonium contrahatur abque illusione, & fraude. Hoc mihi dicendum videtur in hoc casu, qui tamen post Concilium Tridentinum meret metaphisus censeri debet, quia modo a Patrocho non pernititeretur, ut cum tali conditione contraheretur, sed alteri coniugi suaderet, ne in tali casu consentiret; Sic inquam explicari potest illa Decretalis, si ibi loquatur de condi-

tionu-

tionibus ab intrinseco, & ex natura sua impossibilibus, ut aliqui volunt.

157 Quod si loquatur tantum de conditionibus ab extrinseco, sive ex qualitate peculiaritatum personarum impossibilibus, ut si contrahens cum paupere dicat, contraho tecum, si dederis mihi in dotem ducentos mille aureos, explicari potest, quod Pontifex intellexerit de conditionibus oppositis, non per modum suspensionis, sed per modum obligationis, quando nimirum contrahens intendit tunc quidem absolute inire contractum, sed sub certis pactis, & obligationibus cum altera parte, intendens, illi talem imponere obligationem, sive ab illa exigens talem promissionem, & hac altera pars talem obligationem acceptat, & promissionem fit ratum. Quando ergo quis cum altera Matrim. contraheret, simpliciter quidem, & absolute intendens contrahere, requirens tamen ad impletionem alicuius conditionis per modum pacti, quam forte putabat possibilem; ut potest dare tantam dotem, talem inveniri, ad impletionem non posse, determinat Pontifex in ea Decretali, valet ad huc matrimonium, tunc defectu non obstante, & eam obligationem, & conditionem haberi pro non adiecta, & illum, qui talem conditionem requirit, & illam obligationem imposuit, teneri adhuc Matrim. illud ratum habere, & in eo persistere, quam explicationem approbat quoque Rebellus, Ponce, Averfa, & plures alii, & adhuc magis declarativam assertionem sequenti circa conditiones turpes.

158 Quarto Dicendum est, conditionem turpes, quae tamen non sit contra matrimonium substantiam, verbi gratia si quis dicat, tecum contraho, si futurum commiseris, posse quidem eius valorem suspendere non tamen irritare. Hoc etiam docet Pontifex in praefata Decretali illis verbis: *Aliae conditiones, si turpes, aut impossibiles fuerint, debent pro non adiectis haberi*, pro cuius maiori intelligentia observandum est, ut non dicebamus, & etiam advertit Averfa *q. 4. sess. 5.* dupliciter apponi potest conditionem in contractu, vel per modum simplicis obligationis, vel etiam per modum suspensionis; apponitur primo modo, quando contrahens intendit tunc quidem absolute, & simpliciter contractum inire, sed sub certis pactis, & obligationibus cum altera parte, modo iam explicato *n. pr.* quod quidem contractus huic manere celebrari solent cum certis conditionibus, & pactis in quibus sane non remanet suspensus contractus usque ad conditionis praemissae impletionem, sed ex tunc firmus, & absolute est contractus cum obligatione tamen partium ad servandas, & implendas conditiones impositas; Apponitur vero conditio secundo modo, nempe per viam suspensionis, quando contrahens vult, & intendit suum contractum non aliter valere, & perfici, nisi per adimplentionem conditionis appositae, ideoque valor contractus tunc suspenditur usque ad conditionis eventum, & impletum. Si ergo apponatur conditio turpis, & illicita, non tamen substantia matrimonii contraria, & apponatur de praeterito, vel praesenti, dicendo, verbi gratia, tecum contraho, si futurum commiseris, vel si es heretica, & contrahens non habeat animum perficiendi matrimonium, nisi dependerent a tali conditione, & eius impletione, verum matrimonium valet, quando adest talis conditio, quia non deficit intentio, nec aliquid ad substantiam contractus requiritur, nec Ecclesia talem contrahendi modum irritat, quando vero talis conditio non adest, matrimonium non valet, quia contrahens aut supponitur, animum contrahendi non habet, nisi tali conditione existente, quare illa deficiente deest consensus ad substantiam matrimonii omnino necessarius, qui per Ecclesiam suppleri non potest; Si vero conditio turpis apponatur de futuro, & contrahens vere contrahere non intendat, nisi pro quando altera pars constitutionem ad impletionem licet contractum non annullet, suspendit tamen, si quidem adhuc deest intentio, quae est simpliciter necessaria, nec patitur per Ecclesiam suppleri potest; adimpleta autem conditione, nec contractus perficitur, & matrimonium subsistit, quia tunc non deest intentio, nec aliquid aliud ad substantiam matrimonii requisitum, ut supponitur; nec Ecclesia in odium talis conditionis turpis huiusmodi modum contrahendi annullat, licet grave peccatum esset ita contrahere, & sacrilegium ob iniuriam sacramenti inter fideles.

159 Si vero conditio turpis simplex, & non contraria substantiae matrimonii, apponatur primo modo, scilicet per viam obligationis, ut si dicatur, contraho tecum, si futurum commiseris, vel talem occideris, hoc est cum pacto, & obligatione futuram, vel occidendi altera parte acceptante, & promittente, sic sane vel contractum annullat, nec eius valorem suspendit, sed tunc matrimonium valet & perficitur, quia adest tunc intentio absoluta contrahendi, nec aliquid deficit ad substantiam matrimonii necessarium, nec quicquam intervenit eius contrarium; Nulla tamen remanet obligatio adimplendi tales conditiones, & actiones, utpote de re turpi, & illicita, habenturque pro non adiectis, imo potius adest obligatio legis naturalis, ac positiva ad non faciendam talia, nulla quoque humana conventio ad hoc faciendam obligare potest; Et hoc modo explicari possunt relata verba Decretalis, quando dicit, conditiones turpes in matrimonio contrahendo haberi debere pro non adiectis, ut scilicet intelligatur per viam obligationis, adeo ut consensus, si contrahentes ad aliquas conditiones turpes se obligent, debent pro non adie-

ctis haberi *si vivo*, & integro coniugali contractu, & ratio est, quia talis obligatio, seu intentio se obligandi non involvit animum substantiae matrimonii contrarium, nec excludit consentum matrimonii necessarium, & licet admixtum habeat aliam intentionem irrationabilem, nec tamen matrimonium non vitiat, nec irritat, nec deinceps obligat, sed censenda est, ac si non fuisset adiecta, & hanc explicationem quoque affert, & approbat Averfa loc. cit. quae mihi quoque ceteris clarior, & probabilior videtur.

160 Quinto dicendum est, matrimonium celebratum sub aliqua conditione turpi, quae sit contra substantiam matrimonii, seu quae tribus praecipuis illius bonis adverteret, irritum esse, si conditio adiungatur, ut de futuro praestanda, sive apponatur per viam suspensionis, sive per viam obligationis. Haec etiam assertio est communis, utpote expressa in praedicta Decretali, ubi dicit, quod si conditiones contra substantiam coniugii inferantur, matrimonialis contractus caret effectu, & hoc etiam expressit Scotus *4. dis. 31. lit. E.* ubi absolute docet contractum matrimoniale factum cum aliqua conditione contractui contraria esse invalidum; Probatur, & declaratur, quia tria sunt bona matrimonii, Primum perpetuitas, & indissolubilitas matrimonii, secundum in susceptio, & educatio proli; Tertium fides, seu fidelitas inter ipsos coniuges, nempe de non adulterando cum aliis, & de reddendo invicem debito, ita designantur in *Luce c. Omne 27. q. 2. cap. final. de Conditio, & a D. Aug. lib. de Bono coniugali c. 6. & 7.* & dicuntur esse de substantia matrimonii, nempe quantum ad obligationem, licet non omnia quantum ad effectum, unde si quis contrahat cum conditione ducendi uxorem ad tempus verbi gratia usque ad obitum patris, vel donec inveniat aliam ditioem, vel formosorem vel non observandi fidem, aut non procreandi prolem, esset irritum matrimonium, quia matrimonii substantia in illis tribus bonis consistit, in consensu scilicet, & obligatione ad societatem coniugalem, ad fidem mutuo observandam, & prolem suscipiendam; cum igitur praedictae conditiones his tribus repugnent bonis, sequitur, matrimonii naturam, & essentiam per illas conditiones appositae omnino destrui, sive per modum suspensionis apponatur, sive per modum obligationis; Nam si conditio sit merè suspensiva, hoc est, quod contrahens intendat contractum suspendere usque ad illius executionem, sane tunc matrimonium non perficitur, siquidem tunc deest intentio absoluta perficiendi, & stante etiam quod postea ea conditio adimpleatur, adhuc non perficitur, quia non validari non potest matrimonium per adimplementum talis conditionis, quae tam directe pugnat principali effectui, & fini, ob quem ex natura rei institutum est ipsum matrimonium, & cum tamen matrimonium celebratum dependet ab existentia conditionis cum ipso contractu impossibilem, si vero conditio turpis substantiae matrimonii contraria apponatur per viam obligationis, utpote contrahendo cum pacto, & obligatione evitandi prolem, vel non servandi fidem, vel dissolvendi matrimonium certo tempore elapsio; sic etiam tale matrimonium est nullum & irritum; est enim de substantia matrimonii obligatio servandi fidem coniugalem non impediendi prolem in copia, & perpetuitate, ac indissolubilitate vinculi; quare si contrahentes, vel eorum alter animum, & intentionem non habeant ad hac se obligandi, plane deficiunt in consensu ad matrimonium essentiale, & necessario, ideo autem animum non habeant ad hac se obligandi, non autem si non habeant animum hac fervandi, quia ipsa actualis observatio, & sic etiam intentio observandi non est de essentia, & valore contractus, sed sufficit intentio se obligandi, quia deficiente nullum est matrimonium, ut notavit Averfa loc. cit. Dixi etiam huiusmodi turpes conditiones matrimonium annullare, si apponatur, ut de futuro praestanda, quia si apponantur de praeterito, vel praesenti matrimonium non irritant, ut contrahens dicat, Duco te, si adulterum commiseris, dum eras cum priori viro iam mortuo, validum est matrimonium, si commissum fuit adulterium; sed si in re non adest illa conditio, non valet matrimonium, quia deest intentio, & consensus, qui dependet a tali conditione praestitae fuit, & conditio de praesenti, vel praeterito non suspendit actum *L. Institutio talis ff. de Conditionibus*, cum quia talis conditio contra bona matrimonii non censetur, cum supponatur praecessisse ipsum Matrimonium, ita Sanchez, Perez, Bonac. & Averfa, & alii passim.

161 Verum quia duplices sunt conditiones, quae aliquo modo repugnant matrimonio, nam quaedam sunt turpes, de quibus procedit praefens assertio, quia contrahentes matrimonium debent saltem interpretative se obligare ad non evitandam, vel impediendam prolem per media illicita, ut per receptionem veneni, aut per abiectionem feminis recepti, aut procuracionem ab ortu; quaedam vero sunt honestae, quae nimirum per media licita prolem impediunt, possunt aut conditio vori castitatis mutuo consensu emittendi, vel religionis ingressus; & de his dubitatur, an matrimonium irritent: ut si contrahens dicat: Ego tecum contraho, si post concubium emiseris votum castitatis. Afirmant Sanchez, Scotus, Covarez, Henricus, Stephanus a S. Gregorio, Tancredus, & alii. Fundamentum est, quia talis conditio est bona est contra substantiam matrimonii, & illud irritat, ut dicitur, in capite finali, ubi absolute, & absque ulla distinctione dicitur, conditionem contra bonum pro-

lis

- Doctrina notabilis.



Concillii, scilicet, ne fraudulenter aliud matrimonium contrahatur durante primo, quia jam Ecclesia non admittit ad contrahendum secundum matrimonium illius, qui primum sub conditione contraxerit, nisi doceat de non verificata conditione, & consequenter de sua libertate; ita Sanch. Tancredus, Caspensis, Steph. à S. Gregorio. Brancatus ex nostris loc. cit. s. 9. & quidam alii.

182 Sed quamvis hac opinio sit probabilis, probabilior tamen videtur opposita sententia docens, non esse tale matrimonium firmum, & validum, donec Parocho, & testibus constet etiam de verificatione conditionis appositae de futuro ratificari, & validari sola impletione conditionis absque alio novo consensu, ut Bonac. Coninch. Hurradus. Adversa, & alii ab ipsis citati; tanto magis aut nos tueri tenemur asserentes, matrimonium sic contractum non purificari sola impletione conditionis, sed requiri novum consensum, nam juxta hanc opinionem consequenter asserendum est, necessarium esse novum illum consensum exprimi coram Parocho, & aliis testibus, quia tunc tantum integrè sit matrimonium, & non ante; Siquidem autem, quia ideo Concilium requirit contractum matrimonium coram Parocho, & testibus deputatis perfectum, & celebratum, ut hoc modo, & hac adhibita solemnitate constet de illo contractu in facie Ecclesiae; sed contractus sub conditione initus plane non est perfectus, & completus, nisi conditione adimpleta, & purificata, nec constat esse perfectum, nisi pariter de conditionis adimpletione constet; ergo de hac etiam Parocho, & testibus constare debet.

Confirmatur, quia ut efficitur in stat. Averfa qu. 5. sec. 1. alio quidem modo potest adhuc talis perfecti contractus conditionatus, nempe si contrahentes ab illa conditione recedant, & absolute contentiantur independenter ab ea, vel ergo in tali casu opus est, hunc recessum à conditione, & novum consensum absolutum coram Parocho, & testibus adhiberi, vel non; si primum, ergo pariter in alio modo perficiendi talem contractum, scilicet, per conditionis impletionem, hac Parocho, & testibus constare debet; si secundum, ergo illo novo consensu etiam inter contrahentes praesertim nullatenus coram Ecclesia hoc matrimonium probari poterit imò contrahere potest, ut postea non adimpletur conditio, & de hoc publice constet, in quo casu tale matrimonium nullum ab Ecclesia iudicari debet, quod tamen in re validum esset, quod est maximum inconveniens.

173 Ad fundamentum in oppositum respondetur, quod quamvis opus non sit, Parochum, & testes talem matrimonium assistere, ut possint de eius valore testificari assistendo omnibus suo modo ad valorem requisitis; necessarium tamen est, ut illis hac circumstantia constet, quae sunt de forma ipsius contractus, & in quibus consistit essentia exterior matrimonii, & quia essentia exterior matrimonii impletione conditionis essentialiter perficitur, hac utique Parocho, & testibus constare debet; Quare distinguere oportet, ut ait Averfa l. c. circumstantias debitas ex parte contractus, & alias debitas ex parte contrahentium, nempe ut procurator sit legitimus, & consanguineus, vel affines sint dispensati, ut contrahentes sint puberes, & similes; Concilium itaque non requirit, ut de his circumstantiis contrahentium constet coram Parocho, & testibus ad hoc, ut matrimonium sit validum, sed de illis, quae sunt de forma ipsius contractus, & de essentia exteriori matrimonii, qualis esset intentioni Concilii, quia alioquin posset conditio secreto adimpleri, & tunc si una pars negaret, conditionem esse adimpletam, & alia affirmaret, maxima oriretur perplexitas in materia adeo gravi; Adhuc tamenarendum est, necessarium non esse, ut Parochus, & testes per se videant, conditionem esse adimpletam, vel adimpleri, sed satis esse, si contrahentes ipsi id coram illis asserant, quia sicut satis est eorum consensum per eorum verbo constare; ita pariter de conditionis verificatione discurrendum est; Imò ut notat Averfa citat, etiam si conditio non esset vere purificata, adhuc illa contrahentium assertio se haberet, tanquam novus assensus absolutus ab incertitudine illius conditionis non amplius dependens.

174 Dices, id non coherere doctrinae jam traditae qu. 3. art. 1. num. 87. ubi diximus, quod quando prius matrimonium celebratum coram Parocho, & aliis testibus fuit nullum ob defectum consensum occultum, aut ob impedimentum aliquod occultum, necessarium non est ad illud revalidandum, quod iterum coram Parocho, & aliis testibus celebratur, sed solum esse suppleendum defectum ex parte consensum, vel impedimenti occulti; ergo idem pariter in hoc casu dicendum erit.

Respondetur, non currere paritatem in hoc, & illo casu, nam in eo casu optime validatur matrimonium absque nova Parochi praesentia, & aliorum testium, quia ut ibi dicebamus, praesentia antiqua, quae praesent, in casu impedimenti, vel defectus occulti sufficit ad evitanda incommoda, quorum intuitu Tridentinum sess. 24. cap. 1. irritavit matrimonia facta absque Parochi praesentia, & aliorum testium, quod in casu praesentis dici nonquit de matrimonio

sub conditione contracto; ibi enim matrimonium prius contractum in facie Ecclesiae, & foro exteriori haberetur, tanquam validum, unde solum sufficit in foro exteriori supplere defectum ex parte consensum, vel impedimenti occultum, at in praesenti casu matrimonium sub conditione in initum etiam coram Parocho, & testibus non censetur validum, & perfectum, nisi per conditionis adimpletionem, quae proinde etiam illis aliquo modo nota esse debet, alioquin in facie Ecclesiae non magis constaret, matrimonium esse perfectum, & validum, quam esse rescissum, & nullum ex defectu conditionis; Nec sufficit dicere, posse etiam aliis modis apud Ecclesiam constare de conditionis adimpletione, quia etiam de contrahentium consensu posset aliunde Ecclesiae constare, & nihilominus Concilium requirit, ut praesertim illo modo constare debeat ad evitanda plura incommoda, quae in materia tam gravi oriri possent.

QUESTIO SEXTA.

De Indissolubilitate, & perpetuitate Matrimonii.

179 Matrimonium communiter à Doctoribus dividitur in legitimum, ratum, & consummatum; legitimum dicitur, quod juxta leges est, & legitimum consensu inter personas non impeditas contractum est, quale olim erat ante Christi Domini adventum, & etiam nunc inter Gentiles, & infideles esse solet, unde matrimonium infidelium, quod ipso jure naturali spectato contractum, legitimum appellatur. Matrimonium vero ratum includit in se legitimum, & addit rationem Sacramenti, per quod majorem firmitatem, & indissolubilitatem acquirit, & solum inter Fideles, & baptizatos contrahitur, unde Innocentius Tertius in cap. Quanto de divortis iniquis in matrimonium inter infideles ex stat. non tamen est ratum, inter Fideles autem non tantum legitimum, sed Sacramentum existit, ac proinde indissolubile. Matrimonium denique consummatum dicitur, quod reali corporis usu, & legitima copula ad proles generationem apta perficitur, & completur, unde ad matrimonii consummationem non sufficit quicquid tactus est cum carnis penetratione absque feminis infusione, sed hac omnino requiritur, & intra vas naturale, alioquin generationi apta non est; Imò est etiam valde probabile, ut notat Sanch. lib. 2. disp. 21. & approbat Diana par. 3. traç. 5. p. 19. Averfa qu. 2. sec. 4. & ex nostris Brancatus disp. 12. ar. 10. s. 4. non sufficere effusionem feminis solum ex parte viri, sed requiri etiam ex parte foemine, supponendo, hanc quoque concurrere, & requiri ad generationem; & ita iudicavit D. Bonaventura 4. d. 41. q. 1. ar. 1. & D. Thomas ibidem q. 1. ar. 1. Item ad matrimonii consummationem non sufficeret praesata copula, si ante contractum conjugalem haberetur, sed omnino requiritur post contractum, alioquin copula matrimonialis non esset, sed fornicaria. De matrimonio itaque rato, & consummatum hic discurrendum est, & declarandum, quomodo indissolubilia dicantur.

ARTICULUS PRIMUS.

An & qualiter matrimonium sit insolubile.

176 Conveniunt Catholici omnes contra quosdam Haereticos sectarios turpiter asserentes, pro libito contrahentium posse matrimonium dissolvi, & unanimiter asserunt, matrimonium legitime contractum sive ratum, sive etiam consummatum, inter fideles, & infideles continere nexum perpetuum, & insolubilem, & ita praesertim docuit Scotus noster in toto tractatu de Matrimonio, à d. 36. usque ad 42. ubi nihil aliud tam frequenter repetit, & inculcat, quam matrimonialis vinculi indissolubilitatem non tantum sub ratione sacramenti, sed etiam sub ratione legitimi contractus à Sacramento praescedentis, & ita expressè docet dist. 31. qu. 1. s. ad Quaestionem sub lit. D. ubi movens dubium, an ista insolubilitas conveniat matrimonio Evangelico propter rationem Sacramenti, respondit; Dico, quod in lege natura fuisse insolubile, & tunc non fuisse proprie Sacramentum annexum contractui matrimonii, & Christus potius istam indissolubilitatem praecipisse in matrimonio sua legis, licet nullum Sacramentum annexisset illi contractui, ita Doctor quo omnia postea per Tridentinum confirmata videntur sess. 14. in principio de matrimonii reformatione ubi hoc ipsum de omni matrimonio generaliter docet; idemque insinuat Gregorius Nonus in cap. finali de Conditionibus appositis, ubi ait, conditionem perpetuitatis matrimonii repugnantem esse contra substantiam illius, & manifestè deducitur ex Genes. 2. ubi generaliter dicitur: Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una, hoc est; ut explicat Scotus dist. 26. F. & H. non momentaneè accipiet, vel ad tempus, sed perpetuo, & tota vita durante; idem deducitur ex Matth. 19. ubi de matrimonio dicitur: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet, & Marci 10. & Lucae 16. ubi omnis, qui uxorem dimittit, & aliam ducit, mechari dicitur; Idcirco Paulus ad Rom. 7. dixit: Mulier vivente

Virò obligata est legi, nam durante conjugum vita, morali vinculo, & lege matrimonii sunt devincti, unde ortum habuit vulgaris matrimonii definitio, quod est viri, & foeminae maritalis coniunctio indissolubilis vitae Societatem, & conjunctivam retinens. Et tandem hac de causa communiter Doctores ajunt, cessare in matrimonio, & exceptionem pati vulgarem, & communem regulam de contractibus traditam c. 1. de Regulis juris, omnis res per quaevenit causa nascitur, per eandem solvitur, hac enim regula solum tenet in aliis contractibus, in quibus ratione materiae possunt contractus dissolvi, ex ipsamet contrahentium voluntate, qui ut libere contraxerunt, ita & pro arbitratu suo possunt contractum rescindere, cedentes juri suo; vel ex potestate superioris illos ex justa causa rescindentis; hac autem regula in matrimonio non tenet, tum propter bonum commune, cum matrimonium dissolutio in detrimentum publicum vergat, tum propter jus divinum, quod matrimonium indissolubile fuit institutum, ut mox dicemus.

177 Hoc itaq; supposito ex communi Doct. remanet controversia, quo jure matrim. sit indissolubile, sive praesertim ratum, sive etiam consummatum, de quo plures sententias, & varios dicendi modos refert Ponce lib. 1. c. 12. qui tamen ad tres reduci possunt. Prima assermat, non jure naturali, sed supernaturali divino, vel ab origine mundi, vel etiam à Christo Domino in lege gratiae matrim. contractum insolubilitatem accepisse, ita Sanch. lib. 2. disp. 13. Tancred. ibidem, Coninch. disp. 26. dub. 2. & alii ab ipsis citati. Secunda opinio asserit, etiam jure naturali esse matrim. indissolubile, tam consummatum, quam ratum, etiam in ratione contractus, ut à Sacram. praescedit, ita communiter Scholastici 4. dist. 33. quos sequuntur Vasqu. Meratius, Ponce, Corduba, Lopez, Hurradus, Bellatrinus, Rebelli, Averfa, Bonacina, Caspensis, Azorius, & alii passim. Tertia tandem sententia docet, esse sola Ecclesiae institutione, & dispensatione insolubilitatem matrimonii provenire, ita plures Jurisprudenti apud Sanch. loc. cit.

178 Pro resolutione quaestionis Primò dicendum est, matrimonium fuisse institutum insolubile jure divino supernaturali à modo condito, & postea tale confirmatum fuisse à Christo Domino in lege gratiae. Ita jam statutum q. 1. ubi supra disp. art. 1. concl. 2. cum Secro dist. 29. qu. un. lit. H. & Q. ubi ait, obligationem matrimonii indissolubilem fuisse à Deo institutam lege sua positiva, & est communis Theologorum sensus tam veterum, quam Recentiorum, quod probat Doctor ex illo Genes. 2. Adheret uxori suae, id est, non momentaneè accipiet, inquit Doctor, & probat etiam ex oraculo Christi, qui Matth. 19. interrogatus, an liceat uxorem dimittere ex quacunque causa, respondit: Non legistis, quia quis fecit hominem ab initio, masculinum, & feminam creavit eos; & dixit, propter hoc dimittet homo Patrem, & Matrem, & adheret uxori suae, &c. & concludit: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet; quibus verbis Christus expressè, non posse uxorem dimitti, quia à Deo facta est conjunctio, & Deum instituisse contractum insolubilem inter virum, & foeminam, qui auctoritate humana dissolvi nequeat, ut loc. cit. dictum est. Et cum rursus Christum urgerent Pharisei argumento repudiij, & dimissionis uxoris à Moyse concessae, ipse respondit: Quoniam ad duritiam cordis vestri, Moyses permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic, quasi diceret, institutionem matrimonii à Deo factam ab initio non fuisse cum potestate dimittendi, sed solvendi, quibus verbis expressè docet, matrimonii insolubilitatem à Deo fuisse institutam, mundi initio.

179 Dices, si lege divina matrimonium indissolubile fuisse, iudaei in lege Moyli peccabant, faciendo repudium, quod est falsum, & ergo &c.

Respondet, plures Theologos id cedere cū Magistro 4. dist. 33. Judaeos nimirum peccasse, suas uxores dimittendo, quia vinculum matrimonii non solvebatur, ac proinde si novas uxores acciperent, non erat novum matrimonium, sed adulterium, & ita videtur colligi ex Deutoronom. 24. ubi dicitur: mulierem repudiatam, si alteri nupserit, heri pollutam, & abominabilem coram Deo, quare dimittit, tepiditia fuisse Haebreis permitta, tanquam minus malum ad eas vitandum, ne suas, scilicet, uxores occiderent, praestat enim eas dimittere, quam interficere; Probabilis tamen est, Haebreis promissa fuisse repudia ex speciali dispensatione divina; ita uxores dimittere possent non solum impune, sed etiam licite, ita ut non peccarent dimittendo; bene enim potest legislator supremus in sua lege dispensare, lex enim communis non prejudicat privilegio alicui nationi concessio ad evitandum majus malum; Et hoc praesertim tenet Scotus 4. dist. 33. qu. 3. ubi ex instituto quaerit, an pro lege Moyli repudium fuerit licitum, & solvere vinculum matrimonii, & expressè verbis lit. A. & B. inquit, fuisse pro eo tempore licita Judaeis uxorum repudia, quae Christus postea in lege sua revocavit reducens matrimonium ad statum pristinum, & hac sententia communior est, ac sacrae Scripturae conformior, ut testatur Becanus ap. 47. q. 2. quia lex Moysae non puniebat nuptias repudiatarum cum alio viris, ut patet Deut. 24. ergo tales nuptiae non erant adulteria, sed vera matrimonia, lex enim Moysae jubebat lapidari mulierem, semel in adulterio deprehensam; Tum quia lex prohibebat, Meid. in Quart. Sentent.

ne repudii itam post mortem secundi mariti posset inquam ad priorem redire; at si post repudium non solvebatur vinculum matrim. id prohibendum non erat, sed potius consilendum, & optandum, ut uxori ad sui priorem rediret maritus; Nec urget locus Deut. pro opposita opinione adductus, id est, enim mulier repudiata, pro opposita polluta, & abominabilis coram Deo, si alteri nupserit, quia maritus eam publica infamia notavit, hoc ipso, quod eam publice dimisit, ac proinde eam non erat, ut alteri nubere, & ad fecundas nuptias traheret; Hoc idem sentiunt Sanch. Ponce, Bell. Conine. Averfa & alii.

180 Secundò Dicendum est, matrimonii indissolubilitatem esse quidem legi natura valde conformem, non tamen esse de lege naturae strictè, & in rigore loquendo. Ita etiam jam statutum qu. 1. hujus Disput. art. 2. num. 16. cum Doctore dist. 26. F. & Q. ubi diximus, proprie, & in rigore loquendo de lege naturae esse, vel jure naturali, cujus veritas est nota ex terminis, & tale est principium practicum in lege natura, sicut & principium notum ex terminis in speculabilibus; sive quod sequitur evidenter ex tali principio sic noto, cujusmodi est conclusio practica demonstrata, unde strictè loquendo nihil aliud est de lege naturae, nisi principium, vel conclusio demonstrata; secundario autem de lege naturae est verum evidenter consensum talibus principiis, & conclusionibus, licet non necessario sequens ex illis, ut declarat Doctor 4. dist. 17. lit. A. Quod igitur indissolubilitas matrimonii non sit de jure naturae proprie, & in rigore loquendo, jam ibi probatum est, quia non est quid ex terminis notum, nec; ex primis principiis practicis necessario deducitur, & enim sic nota esset, omnes nationes id cognoscerent, & cognovissent, quia lex natura omnibus, & singulis hominibus nota est, hoc autem falsum esse, jam offendimus; Et quamvis possit esse legis naturae praecipuum, & lumine naturae notum, esse necessarium ad genus humanum propagandum, & conveniens ad bonam proles educationem, & Reipublice conservationem, ut mas, & femina inter se contrahant cum tali obligatione; non tamen potest exterrimis apparere, vel resolutione evidenter necessario deduci talis obligatio, & indissolubilitas contractus, ut omnino necessaria ad talem finem consequendum, sed solum magis apta, & ad talem finem idonea, ac proinde quod sit legi naturae valde conveniens, nam sine tali contra obligatione adhuc proles propagatio, & educatio consistere posset, mediante nimirum contractu ad tempus, & annos determinatos, quamdiu v. g. conjuges sint apti ad generationem, & nati ad consistentem aetatem pervenerint, ut dicuntur ab eodem, Tandem etiam gratis concedunt Auctores prima opinio, & non enim absolute negant, matrimonii indissolubilitatem esse de jure naturali, sed esse de jure naturali strictè, & in rigore loquendo, alioquin gratis faterentur, matrimonium esse sua natura, sive ex jure ipso naturali aliqualem habuisset inseparabilitatem, omnimodam tamen inseparabilitatem accepisse ex jure supernaturali divino, vel ab origine mundi, vel à Christo Domino in lege gratiae, in qua ipsum elevavit ad statum sacramenti significans unionem Christi cum Ecclesia, quae est utique indissolubilis.

181 Sed instant Auctores secunda sententia contententes matrimonium, tam consummatum, quam ratum esse indissolubile jure ipso naturali proprie, & in rigore loquendo. Quia propria ratio, & definitio matrimonii essentialiter includit individua vitae societatem non pro hoc, aut illo tempore, sed in perpetuum, unde non possunt contrahentes valide contrahere ad tempus, sed pro tota vitae periodo; hoc postulat essentialiter proles generatio, & educatio; quae est finis matrimonii à natura intentus, & non potest consistere, si aliquando solvebatur ex voluntate contrahentium, vel alia humana potestate. Confirmatur, quia vivente viro ratio dicitur, ne femina nubere possit alteri viro, quia hoc modo effert omnino proles incertitudo, quo circa alia quavis polygamia unius viri cum pluribus feminis fuerit à Deo permissa, nunquam tamen permessa fuit polygamia unius foeminae cum pluribus viris, quia proli educanda hac polygamia oblabat, sed dimittit solubilitas matrimonii plurimum oblat educanda proli, ergo hac à natura omnino irritatur, ac proinde matrimonium à natura est insolubile, ut ait Caspensis tract. 26. disp. 7. sec. 1. Denique hoc idem probat Averfa qu. 2. sec. 4. eadem ratione, quae solet ostendi, non licere vagum concubitum inter viros, & feminas, neque licere communicatione uxorum inter viros; nam si matrimonium ex natura sua dissolvi posset, jam licitum erit viri dimittere unam uxorem, & aliam sumere, itemque erit feminae licitum recedere ab uno viro, & accedere ad alium, ac rursus ad alium, sicque licita erit de jure natura communicatione uxorum inter viros dissolvendo, ac in eundem matrimonium, plane ergo eadem ratione, quae supponitur, non licere vagum concubitum, & communicationem uxorum, convincitur non licere, nec valere matrimonii dissolutionem, nec esse iucque liberum de uno ad aliud transire conjugum, aut mutuo consensu utriusque conjugis, aut ex causa vilis praesentia à quoquam conjugum, & ideo ex natura rei, & diclamine ipso naturali nunquam potest inter conjuges viventes matrimonium dissolvi.

182 Respondet, in definitione matrimonii includi essentialiter individuum vitae societatem, non ex natura sua, sed ex suppositione, quod sic à Deo fuerit institutum, ut notat Brancatus noster